Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

rubrum non vore sed ope et precepto et exercitu est et
dedueit filios israel in alta profunditate maris sicut in deserto
vel in loco plano et sicco
Et saluauit eos de manu egyptiorum persequentium eos et
redemit eos de captiuitate pharaonis
Et operuit aqua pharaonem et egyptios tribulantes eos
et vnus ex eis non remansit quum non submergeret
Quibus miraculis visis credidezunt verbis domini et
moysi et laudauezunt laudem eius dicentes cantemus
domino gloriose enim honorificatus est
Cito defecezunt parum stetezunt in laude eius obliti
sunt opum eius quibus eis prouideat in periculis maioribus
et non expectauezunt patientes tempus quo deus disposuerat
eis subuenire secundum consilium voluntatis suae et puene
runt murmurando sine ratione
Et concupiezunt non solum panem tibum ut panem et aquam
sed concupiscentias vel delicatos cibos in deserto tentauezunt
deum in deserto in quo erat penuria aque dubitantes
de potencia sua
Et licet sic deum temptarent dedit eis petiones eorum
et hoc usque ad plenitudinem misit enim saturitatem in
animas eorum
Et nichilominus non cessauezunt a malo nam honore ambien
tes dignitatis sacerdotalis Irritauezunt moysen in
castris et aaron consecratum deo chorse et sibi adherentes
nolentes quod aaron et filii eius soli habuezunt sa
cerdocium
Propter quam irritationem aperta est terra et de
glutiuit dathan et abiron cum sua familia et super omnes
se clausit terra
Et exarsit ignis in conflagratione quae istis predictis
de tribulis eorum et in tantum quod flamma combussit principes
qui offerebant incensum illicite vendicantes sibi sacer